

1722, 8
31
DISSERTATIO INAUGURALIS JURIDICA,

QVA

MATERIA VECTIGALIUM ATQUE COMMISORUM PROPONITUR,

ET

MAGNIFICO UNIVERSITATIS RECTORE

REVERENDISSIMO ET PERILLUSTRI DOMINO,

DOMINO

JO. JOACHIMO HAHN,

EPISCOPO METELLOPOLITANO,

Eminentissimi Archi-Episcopi & Principis Electoris Moguntini per Thuringiam, Hassiam & Eichsfeldiam in Pontificibus Vicariis Generali, Ejusdemque Archi-Episcopalis Curia Pro-Vicario Generali, SS. Theologiae & Juris Utriusque Doctore, Protonotario Apostolico, Comite Palatino, Insignium Ecclesiarum Collegiarum ad Gradus B. M. V. & ad S. Joannem

Moguntiae respective Scholastico, Canonicco Capitulari, & reliq.

MPLISSIMO ANNUENTE JCTORUM ORDINE
IN ALMA ET PER-ANTIQUA HIERANA
SUB PRÆSIDIO

DN. JOH. HENRIC. Meiers/

JCTI.

COLLECTORAL. REGIMIN. CONSILIARII. DECRETAL. PROF. PUBL. FACULT.
JURID. P.T. DECANI, UNIVERSITAT. SENIOR. ET JUDIC. PROVINCIALIS
ASSESSORIS PRIMAR. &c.

PRO LICENTIA

SUPREMOS IN UTROQUE JURE HONORES, NEC NON
PRIVILEGIA DOCTORALIA,

MORE MAJORUM, ADIPISCENDI,

DIE IV. APRILIS M DCC XXII.

IN AUDITORIO JCTORUM MAJORI, HORIS CONVENTIS
ERUDITÆ DISQUISITIONI PUBLICÆ DEFENDENDA, OFFERTUR

PER AUTOREM

JOH. GEORG. AMBROSIIUM,

Hasso - Schmalcaldensem.

ERFORDIAE, Typis GROSCHIANIS, Acad. Typogr.



DISSERTATIO INGENUUS IN RUDICIA
IMATERRIA AFFECTU
MULIERE COM
MISSORUM PROPORTIONUM
MAGNIFICO UNIVERSITATIS REGIO
DOMINI G. IOACHIMI HAHN
IN IOACHIMAE MUN
PRO FINE NTY
THYMOS IN TUNICA ET IRREGULORES NEC NOR
TRINAE VIVOCATORIALE
MORI MOLIUM ANARCHIA
IN SPHERA CIRCUMFERENTIALE
H. G. AMBROSIUS

FRANCISCA DE GIOACHIMA, 1616.

In
Gratitudinis Tesseram
ob

Collatum Familiæ stipendium
INCLYTÆ AC GENEROSÆ FAMILIÆ
WOLFFIANÆ
GENEROSO PRÆNOBILISSIMO QVE
DOMINO
DOMINO

ANTONIO MARSILIO
WOLFF

à **TODENWARTH**,
Familiæ laudatissimæ Wolffianæ Seniori &
Stipendorum ejusdem Collatori Meritissimo &c.

Nec non
Generosis, Prænobilissimis, Doctissimis, Gravissimisque
DOMINIS à **TODENWARTH**,
Cæterisqve Familiaæ Wolffianæ
MEMBRIS


Specimen hoc inaugurae

D. D. D.

AUTOR.

Gebrüderin Tegernse
of
COLLEGE AC GENEROSE LAMILLER
AUGUSTINIAN
CHURCH OF ST. OSWALD RAMBOUY
DOHAD
DOMINO
VIAZIO MARELIO
WOLFE
TODENARTH
WILHELMUS & TODENARTH
DOMINI
WILHELMUS & TODENARTH
WILHELMUS
Scheinwerf von Hausegut

AUTOR



I. N. D. N. J.

S. L.



On minimum inter partes summi
Juris, Principi in subditos compe-
tentis, locum tenere illud, quod
vocant *Tributa ac Vectigalia imponen-
di*, & tam ex hinc-inde redundante
utilitate ratione Principis, quam
necessitate subditorum expeditum
est; Primum Jus Principis in subditos consistit in eo,
ut possit *LL. prescribere*, civibus circa usum eorundem,
ad utilitatem civitatis attemperandum; secundum, &
quod praesentis Dissertationis Inauguralis erit mate-
ria, est *Tributi & Vectigalis Impositio*; Et tertium *Domi-
nium sive Imperium Eminens*; De primo & tertio mens
mea non est jam inquirere, qui d, quantumque Prin-
cipibus competat, in specie, an Dominium Eminens,

A 3

vel

vel potius Imperium sit appellandum, siquidem famosa hæc satis agitata quæstio fuit inter Job. Fried. Hornium, qui hoc asserebat, & Wilhelmum Lycerum, qui negabat, &, loco Dominii, Imperium substitui volebat; nam ni fallor, lis solummodo est de terminis; quippe, quia bonus Princeps non abutetur Dominio illo, malus verò bona subditorum invadet, etiam si loco Dominii Imperium substituatur, sed solummodo de Vectigalibus, tanquam secunda parte.

§. II.

Vectigalis vocabulum in Jure nostro ambiguum est, & significat vel pensionem illam, quæ ex prædiis locatis, id est Emphteuticis, sive vectigalibus reipublicæ præstabatur, t. t. si ager vectigal. petat, vel Generaliter, quicquid emolumenti & compendii ex quaunque re ad publicum capitur & exigitur, quale est Vectigal portus; Vectigal venalium rerum; salinarum, metallorum & picariarum l. 59. §. 1. de hered. instit. l. 17. de v. S. hoc loco solum significat illud, quod pro invectione mercium debetur. Tributum verò & stipendum olim ita differebant, ut illud Principi, hoc verò populo ex provinciis præstaretur, ut monet Theoph. ad §. per tradit. 41. Inst. de rerum divis. Hodie nulla inter hæc est differentia, ut rectè monet Cuius- cius 7. obseru. 13.

§. III.

Vulgo Vectigal est redditus ab iter facientibus ad sui rerumque suarum securitatem, pro usu viæ publicæ in transitu Domino territorii, vel Fisco solvendus; vulgo der Zoll, das Gelait; Si pro mercibus, Jumentis

mentis, curribus, vel aliis rebus quas secum portat
Viator solvendum sit, generis nomen retinet, vel
Portorium vocatur; si pro solius personæ transitu *Pe-*
dagium. vid. L. 60. §. pen. ff. Locat.

S. IV.

Jus Imponendi Vectigalia solummodo Principi
competit, non vero civitatibus inferioribus permis-
sum, quia ex hoc dependet Jus continuandæ exactio-
nis & primariò ad Regalia pertinet, quin imò Me-
vius part. 7. decis. 158. n. 5. Expressè statuit: Interest
cùm superiorum, tum reipublicæ, ut civitatibus non
sit licentia arbitraria, cum multum excedant illarum
potestatem. Etsi enim, dicit, omnimoda Jurisdictio
illis competit, juxtimque plena suis utendi fruendi
facultas, non tamen ultra licet, quam in subjectos
communitati, ad alios extendi non debet, Ejusmodi
enim datiæ & gabellæ non onerant modo Cives, sed
omnes, quibus vita, Commoratio, aut Commercium
quoddam est in Civitate; ideo & Clericos, forenses,
exemptos, vicinos, exterros, in quos tamen Civitati
nihil potestatis competit. Et Imperatores Severus &
Antoninus rescriperunt in L. 6. C. de Vectigalibus &
Commiss. seqq. Omnia rerum ac personarum, quæ
privatam degunt vitam, in publicis functionibus æ-
qua debet esse inspectio; hoc ideo dicimus, quia non
nulli privatorum felicitas suffragio proferunt sanctio-
nes, quibus vectigalia vel cætera hujusmodi, quæ in-
ferri Fisco moris est, sibi afferant esse concessa; Si
quis ergo privatorum hujusmodi rescriptione nitatur,
cassa eadem sit.

S. V.

istioj mirel seup und §. 2V. lov. zuditur alio in
 157 Pro omnibus rebus invehendis, vel evehendis,
 vectigal generaliter solvitur, nisi quædam ob speciale
 privilegium sint immunes, inter quas olim erant, quæ
 proprii usus causa portabantur l. 16. § 9 ff. de Publ. l. 5.
 C. cod. & omnes indistincte personæ ad hoc obligabantur,
 quas constitutiones Principum ab eo non libera-
 bant, uti jam temporis Fiscus, Principes, Comites,
 Nobiles Immediati Imperii. Ord. Regim. August. de an-
 no 1500. tit. Alle so in des Reichs Regiment, Legati,
 Clerici, Academicci, Scholares, vid. Beieri harm. Sru-
 vio Schnob. Civil. Disp. ad Tit. 39. ff. de Publ. & Commis-
 sion. Ihes. 20.

§. VI.

Soluto vectigali, Fiscus est obligatus Viatori, cum
 ut ipsi præstet securitatem itineris cum rebus suis, ut
 à vi rapinæ & Latrociniæ sit tutus; tūm ut viam semi-
 per præstet planam & perviam, pontibus lapidibus &
 lignis stratam, ut sine difficultate transiri possit, & si
 contingat, Viatorem tam quoad personam, quam
 ejus res, præstito hoc onere, in via regia damnum
 aliquod sentire à latronibus, Dominus territorii &
 vectigalis hoc resarcire debet, arg. l. 3. ff. de Off. Pre-
 sid. junct. l. 44. ff. mandat. l. 2. C. de administrat. rerum
 publ.

§. VII.

Hanc etiam sententiam Rennemann membr. 3to §.
 33. Dissert. 51. de Vectigalibus affirmat, verb. Pro quo
 vectigalis incommodo vicissim gaudere debent Via-
 tores

V 2

tores, qui vectigal solverunt, hoc commodo, ut securi sint in territorio Domini, cui solutum Vectigal iter facientes, adeo ut si damnum vel rapinam passi sint, sarcire debeat hoc Dominus, *Gail. observ. 64. & Mynsinger s. observat. 70.*

§. VIII.

Quantitas Vectigalis solvendæ est incerta, & secundum constitutiones cujuscunque regionis variat. Jure Romano octava pars rei, vel aestimationis ejus exigebat. *l. 7. l. 8. C. hoc tit.* Hodie vero secundum numerum, pondus, vel mensuram mercium, certa pecunia solvit, pro cujuscunque loci consuetudine, quæ in vectigalibus spectanda dicitur, *l. 4. ff. 9 fin. hoc tit.* ab ea quantitate vero est recessum, *Sixtinus lib. 2. de regalibus c. 6. n. 77.* quantumcunque vero sit in pecunia non rebus ipsis est præstandum, *l. 5. ibi: pro rebus. C. de Vectigal.*

§. IX.

Publica utilitas etiam suadet & præcipit solutionem Vectigalium; Sunt enim Nervi reipubl. Test. *Cicerone pro Leg. Manil. & Temp. conservant.* Neroni quidem primo sui Regiminis quinquennio voluntas eorum remittendorum incesserat, laudarunt propterea Magnanimitatem Patres, sed restituerunt, dissolutum ire Imperium arbitrantes, vid. *Tacitus l. 3. anal. Klock. de arar. l. 2. C. 69. n. 1. & de Contribut. C. 1. n. 56.* Et Apostolus *Paulus Epist. ad Romanos Cap. 13. v. 7.* Geht Zoll dem Zoll gebühret, Furcht dem Furcht,

B

und

und Ehre dem Ehre gebühret. Summusque Legislator, JESUS Christus: Date Cæsari quæ sunt Cæsariorum, & Deo quæ sunt Dei.

§. X.

Solutione hujus omisiō pro rebus illi obnoxiiā per personis immunitatem nullam habentibus, vel etiam si alias immunes, fraudulenter res aliorum suis adjicant, l. u. §. 2. b. t. junq. l. 3. C. de naut. fœnor. res in Commissum cadunt, & si postea paratus quis fuerit vectigal solvere l. 16. §. 3. 12. b. t. ut res, quas vehit fisco committantur, & Dominium earum rerum ipso Jure in Dominum vectigalis transeat, l. 14. ff. de Vectigal. C. l. 2. b. t. si tamen partem saltem earum rerum retinuit, non onus, sed duntaxat illa pars committitur arg. l. 58. ff. ad SCtum Trebell.

§. XI.

Unusquisque licet non admonitus, merces, quas secum vehit, profiteri & debitum vectigal solvere obligatur, Mevius in Jus Lubecense p. 2. Zit. 3. art. 5. n. 4. Eo neglecto, merita transgressores coercent poena, quæ sive antecedenti continetur, modo de veritate, illos vectigal defraudare voluisse, constet.

§. XII.

Hæc ex circumstantiis est judicanda & non sufficit ex sola delatione, si enim accusare sufficit, quis innocentia erit? Sed requiritur, ut legitimis argumentis convincatur delatus, & quia doli difficilis est probatio,

(II)

tio, hic admittuntur conjecturæ & præsumptiones graves, v. g. si viam planè insolitam iverit, *l. qui s'ca-
les. 7. C. de navicul.* nec justa causa recedenti adsit, vel-
uti periculum ex latronibus, inundatio, &c.

§. XIII.

Ignorantia tamen non excusat, à pœna Commis-
si, *Menochius de arbit. Judic. 2. Casu 397, Rosenthal c. 5.*
Conclus. 49. sed si ex errore viæ delatæ merces in ali-
quem locum excusandum purat Mercatorem *Marquan-
dus de Mercatura l. 2. c. 3. n. 84.* Ut &c., si vi tempestati-
tis, aut metu piratarum, aut reparandæ navis causa,
navis appulerit, quo alias ventura non esset, quicquid
enim ex necessitate factum, id pœnam commissi non
meretur, *l. 15. b. t.*

§. XIV.

Sin igitur contingat, quod viis publicis non
utens, nulla necessitate coactus & omnibus in his acti-
bus observandis circumstantiis nihilominus negligat
debita præstare, incurrit in pœnam, quæ rerum com-
missi est, secundum Jus Civile sic enim *Modestinus pi-
stor. Responso l. num. ... cap. ... statuit:* Si quis vias in-
usitatas, omisis regiis, ambulando defraudet gabell-
las, telonia ac vestigalia imposita transeuntibus, per
territorium alicujus Domini, de Jure Civili fraudato-
res gabellarum committunt Merces suas, ipso Jure
per l. fraudat. *vestigialis. 8. l. Commiss. 14. ff. de Publican.*
& allegat præjudicium sequent: verbis: Sic memini
inquit, & yidi practicatum etiam in mari Balthico an-

B 2

te

te portum Gedanensem. Quum enim ibi speculatori
res & stationarii svecici in navi quapiam Belgicā mer-
ces deprehenderent, quas mercator non indicaverat,
ne scilicet propter easdem solveret vectigal, abstule-
runt illas merces, tanquam ipso Jure Commissas.

§. XV.

De Jure Saxonico licet statim sistere & detinere
propriā autoritate in persona, & rebus, donec per-
solvatur quadruplum ejus vectigalis, quod debetur,
aut aliter Domino territorii accordet: *Landt-Recht*
art. 27. lib. 11. huic adstipulatur *Benedictus Carpzovius*
Jurisprud. Forensi Romano Saxonie. part. 4. Constit. 41.
def. 15. n. 2. De Jure Saxonico, qui valvarum, pon-
tium, sive aquarium telonium non persolverit, qua-
drupliciter illud refundere tenetur; telonium autem
forense qui non dederit, triginta solidos pœnae nomi-
ne persolvit per textum allegatum: *Wer Brücken-oder*
Wasser-Zoll entführet, der soll dreyzig Schilling zur
Busse geben. *Matth. Coler. part. 1. decis. 190.* scilicet,
quia pœna manifesti furti est quadruplum, §. pœna 5.
Inst. de Obligation. que ex delict. nascentur. Restrin-
gunt tamen alii hanc dispositionem Juris Saxonici ad
eos, qui ex negligentia, vel ignorantia vectigal haud
solvent, illos vero qui fradulenter & dolose pec-
cant, arbitrariè, puta carcere, aut mulcta pecuniaria
puniri ajunt, quod & praxis fori Saxonici hodie ob-
servat, *teſte Aut. Consult. Constit. Saxon. Tom. 1.:part. 4.*
quest. 42. Nam hac in re consuetudinem cuiuscun-
que provinciæ attendi, notat *Joh. Schneider von de feu-*
dis

dis p. 2. n. 114. Ita sententiationatum fuit ahd Schöffer zu Sangershausen, Mense Jul. anno 1634. verb. sentent. Nach fleißiger Verlesung und Erweigung der Acten, daraus allenthalben, so viel zu besinden, daß obgedachte 45. Kärner ihrer verüchten Begünstigung wegen, und daß sie das Glayt umfahren, und keinen Zoll entrichtet, ein jeder um ein Neu-Schick in Straff genommen werde. V. N. W.

§. XVI.

Neque hoc iniquum, cum ad Dominos cuius- cunque territorii vel civitatis pertineant refectione viarum, & pontium, item præstationes annuae ad Communes necessitates pro rebus publicis, scholis, Ecclesiis, & similibus, l. vestigal. 10. l. omnium 6. l. Universit. Cod. de Vest. & Commissis. Vicissim igitur sentiant illi hoc Commodi, ac qualemqualem sublevationem percipient ex gabellis Matth. Coler. de Process. Execut. part. 1. c. 3. n. 78. per ibidem allegata.

§. XVII.

In regno Hispaniae mitior etiam in non profitentes merces suas constituta est poena, quam Jus Civile observat, ut nempe, uti in terris saxonicas quadruplicatum Vestigal solvatur, vid. Azeved. ad consti. reg. l. 6. tit. n. leg. 7. num. 9. Et secundum Jus Lubecense Nonuplum defraudati vestigalis & præterea in poenam 4. marcarum defraudator condemnatur, id quod iniquum nemo dixerit, quatenus ea poena non transcendent premium rerum, quæ alias in Commissum ca-

B 3

terent;

terent; Ubi verò Vectigal tam magnum penditur, ut nonies auctum supereret Commissi pœnam de ejus jure merito dubitatur. Nec, si præteriorum temporum vectigalia attendimus, ea mens Legislatorum fuit, hâc pœnâ durius, quam Jure Communi receptum, invehere, sed hujus duritatem mitigare; idcirca contra Statuentium intentionem, auctis vectigalibus, non facile oportet exasperare statuta, succedit autem in locum illius hæc pena statutaria, ideoque ejusdem regulis omnino censeri debet non secùs atque vulgo dicitur: Surrogatum sapere naturam ejus, in cuius locum succedit *Mervius ad Jus Lub. p. 2. Tit. 3. artic. 6. n. 6. & sequent.*

§. XVIII.

Nihilominus tamen non statim auffertur posses-
sio rerum commissarum, sed requiritur sententia declaratoria, & licet Dominio suo statim privetur, tamen eo ipso non amittit possessionem, vid. *Gail. l. 2. Observ. st. n. 5.* Et *Brunnem. in ff. tit. de Publ. Vect. & Commiss. ad L. Com. 14.* Ut tamen opus sit sententia declaratoria, quamvis de consuetudine Publicani soleant res detinere, licet postea se sententiæ submittere cogantur, idem sentit *Rennem. Jurispr. adb. 1.* Et *Aier. Process. Jurid. Observ. 3. n. 14.* similiter ait, quamvis propter non solutam debitam gabellam Dominum regulariter ipso Jure amittatur, tamen quoad possessionem auferendam requiritur sententia declaratoria ita *Bart. in dict. L. Commiss. & Beier. in harmon. Scrivv. Schnobel. Civil. disp. 19. ad Tit. de Publ. & Commiss.*

sis

sis Thes. 21. declarat, quod sententia hæc illos non pri-
vare, sed retro cecidisse declarare debeat.

§. XIX.

Tempus relutionis, sive terminus rerum Com-
missarum est quinquennium, hoc enim ei præterlapsa
præscribitur, *I. 2. C. de Vectigal. & Commiss.* sed si pu-
pillus professus non sit, in poenam quidem incidit, ast
si intra trigesimam diem Vectigal inferat, remittitur
illa, *I. Imperatores 7. §. ult. ff. de Publ.* & minores, si
dolus absit, restitutionis in integrum beneficio gau-
dent, *I. si ex causa 9. §. pen. ff. de Minor.* quæ poena et-
iam militibus remittitur, Jure Civili *I. 3. C. de V. &*
Com.

§. XX.

Aetio quæ Viatori, vel aurigæ, qui debitum Ve-
ctigal præstítit, & malitia, vel temeritate Publicani
circumvenitur, competit, est Prætoria ex edicto Præ-
toris vid. *I. 12. pr. b. t. I. c. in fine C. I. 4. C. Vect. nov. in-*
stitut. uon posse I. i. pr. §. 2. I. 12. §. 1. huc conf. I. i. §. 12. &
seqq. de vi armat. I. i. §. hæc autem vers. ceter. fam. furt.
fecisse dicat. Quæ cavetur si publicanus ipse, vel alius
ejus nomine aut ejusdem familie aliquid vi ademerit,
furtum fecerit, damnum injuria dederit, aut illicite
quis publice privatimque exegerit, atque res restitu-
ta non fuerit, intra annum in duplum, post annum
in simplum condemnatur, *I. i. pr. §. 1. I. 9. §. 5.* Etiam
datur illis aetio in factum, quæ intra annum alterum
tantum; seu duplum ejus quod inique exactum, cui
sim-

simplum inest, l. s. §. i. l. 9. §. s. ff. de publ. post annum
simplum repetitur l. i. pr. ff. eod. si per vim extor-
tum, ipsi extra ordinem puniuntur. d. l. 9. §. 5. ff. *Ved.* Et
Berlich. Conclus. p. 4. Concl. 44. n. 26. Furti tenetur,
qui gabellam, vel tributum ultra debitum modum
exigit.

§. XXI.

Vice versa, si professio fuerit omissa, persequi
potest Dominus Commissa vestigialium instituta rei
vindicatione d. l. 14 f. de publ. & *Mevius in Jus Lube-
cense p. 2. art. 6. §. 3.* ait: Rei vindicatio ob eas pu-
blicano competit, & ipsa commissi actio naturam realis
actionis, ubicunque res reperitur, intentari valeat,
induit. *Bursat. Cons. 649. n. 20.* pariterque adversus
hæredes, si ad eos res pervenit recte intentatur. *Ber-
tachin. de gabellis p. 4. num. 39.* Idem *Menochius Consil.
108. n. 13.* & 14. allegat præjudicium sequentibus ver-
bis:

Non obstat etiam, si dicatur, hanc causam cen-
seri extinctam morte dicti hebræi qui fraudem com-
mississe confessus est, quia respondeatur, imo non esse
extinctam, sed contra ejus filios & hæredes transmis-
sam, quemadmodum responderunt *Paulus in L. fra-
dustr. princ. & Ulpian; in L. Commiss. de Publ. & Vestiga-
libus*, ubi Bart. & reliqui. Non repugnat demum quod
*Serenissimus Dux anno 1598 aboleverit omnia Cri-
mina à dicto hebræo jam perpetrata, ordinaveritque*
adversus eum non esse aliquo modo procedendum,
qui respondeatur, prædictam abolitionem & liberatio-
nem

(17)

nem intelligi respectu pœnæ fisco Ducali applicande,
non autem de pœnâ delatâ & quæ sita dicitur Dominis,
causa fraudationis ab ipso hebreo Commissa, ut scri-
bunt glossa in *L. venia*, *C. de in Jus vocando*, *Bart.*
Fulgos. & alii, quos refert ibidem *Jes. n. 10. Boer.* in quæst.
q. n. 3. Concludo itaque, condemnandos esse prædi-
ctos hæredes dicti Josephi hebræi fraudatoris solvere
summam liquidatam Juramento dicti Magnifici Do-
mini Hieronymi Garotti.

§. XXII.

Hæc omnia, quæ de Materia Vectigalium in prio-
ribus suis tractata generaliter usu observantur; an
autem innocentis Domini ob factum alterius res in
Commissum cadant, non parva inter DD. est discepta-
tio, perspicuitatis causa casum sequentibus proponam:

§. XXIII.

Mevius tanquam mercator committit merces suas
Bernhardo, aurigæ, ut pro certa conducta mercede il-
las ad locum destinatum transvehat. Bernhardus ne-
gligit, debitum Vectigal solvere, postea merces con-
fiscantur, queritur exinde an merces mercatoris, an
verò lolum æqui & currus aurigæ in Commissum ca-
dant?

§. XXIV.

Nullum est dubium, Doctores hanc quæstionem
tam affirmativè quam negativè decidisse, & quod Jus
Civile attinet, plurimi legum textus, quod in Com-
missum cadant, statuunt, inde etiam *Mevius in Jus*
C Lube.

Lubecense art. 6. n. 17. & 18. part. 2. ait: Pœnam sentit Dominus mercium, cui etiam solutio vestigialis incumbit, L. cum in plures 60. §. 8. ff. Locat. Boer. decis. 173. num. 24. Hinc si nauta aut Mulio, qui mercium vehendarum & vestigialis solvendi negotium in se suscepit, negligentius hoc administret, culpam ejus non fecus, ac alterius Mandatarii Domino, salva saltern ipsi aduersus eum actione obesse recte afferitur, Rosenthal in Tract. de Feudis. c. 3. concl. 39. lit. D.

§. XXV.

Non parum etiam facere videtur, quod ex regula generali Dominus teneatur pro servo suo, ita probat l. 1. §. 4. Magistrum, & §. 5. igitur præposit. ff. de Inst. art. & quod omnis culpa, quæ servo adscribi potest, adscribenda videatur Domino, qui tales famulos habuit; debuisset enim illorum conditionem explorare & novisse juxta L. ultimam 3. servorum ff. de naut. caup. stabul. Et est quod memor sit Dominus non tantum, sed suorum esse reddendam rationem. Id quod scriptum reliquit Cicero his verbis: Sed cum & tuos amicos in tuam provinciam, quasi in prædam invitabas, ac cum illis & per illos prædere non statuebas tibi nonsolum de te, sed etiam de illorum factis rationem esse reddendam. Hinc fit ut delictum a seruo commissum consensu domini perpetratum dicatur. Bart. in l. de pupillo & si quis ipsi Proctori ff. de oper. no. vi nunciat, cum ait: satis probari Magistrum, vel Principem metum consueuisse inferre, si illius familia vere id facere consuevit, cum Domini voluntate facere id

id præsumatur hoc & urget L. i. §. famil. ff. de publ. & Vectig. quo loci scriptum est: Publicanos atque ita vectigalis Dominos teneri pro sua familia & officiis, atqui officialis est is, cui a Domino mandata est cura alicujus rei.

dubio velde sed si §. XXVI.

Brannem. in ff. ad L. fin. §. ii. de Vectig. n. 8. §. 9. exemplum allegat Coloni, qui in prædio ferrum illicitè confecit, per quod fortè arma ferrea intelligenda, *Ant. Matib. ad L. 48. ff. tit. 10. c. 1. n. 3.* quæritur an id Domino præjudicet? quod negatur, & ait, unde probari potest sententia illorum, qui putant, factum aurigæ non solventis Vectigal innocentii Domino non præjudicare; sed multi, pergit n. 10. dicunt, contrarium esse receptius, qui tamen solent declarare suam sententiam, ut noceat aurigæ factum Domino, si hic solvendo; sed si solvendo non sit, dari Domino, restitutio nem, *Farin. quest. 173. n. 50. Rosenthal de Fendis l. s. concl. 4. lit. D. Rol. à Valle cons. 42. n. 30. vol. 3. & Mev. ad Jus Lub. p. 2. l. 3. art. 6. n. 19.* Cæterum si ille pauper & solvendo non sit, tunc nonnulli ex æquitate huius restitutio nem in integrum indulgent, *Moul. de Homagio in tit. de Vectigal. 10. n. 53.*

S. XXVII.

Si merces & currus simul proprietario pertinent ad aurigam, hoc casu extra omne dubium esse arbitror si Vectigal solvere omisit, ut postea ejus negligentia in Commissum cadant, quia debitam observantiam

tiam omisit, habet quod sibi ipsi imputet, cur propriis rebus non meliorem adhibuit diligentiam, & damnum quod quis sua culpa sentit, sentire non videtur, Princps etiam nemini facit injuriam, utendo Jure suo.

§. XXVIII.

Quoniam autem ante omnia hoc observandum, leges iniquum judicasse, quod unus ex peccato alterius teneatur ita probat, *I. Sancimus de poen.* qua dicitur, *poenam suos tenere debere actores,* & *Glossa in I. si quis in suo §. legis. C. de inoff. testam.* & *Juri & æquitati convenit, ut noxa sequatur caput, I. crimin. f. de poen.* & *§. omnes Inft. de nox. adz.* Regulariter Dominus non tenet pro facto servi & famuli sui, *I. 2. in pr. f. de nox. adz.* hac quidem ex ratione, quia Dominus ignarus dicitur & præsumitur eorum, quæ à servo geruntur: Non ergo Dominus facti ignorans puniri debet, cum suus consensus non accederit, & standum est huic regulæ, donec de contraria exceptione probetur, accedit & eorum sententia, qui dixerunt, Dominum non teneri scientem, delictum perpetrari à servo, cum prohibere non potuit, *I. 3. C. de padiis.* Atqui dubium non est, Mercatorem non potuisse impédire & prohibere defraudationem Vectigalis cum illud ignoraverit, & per consequens non teneri; suffragatur etiam hæc regula, opinione recepta Doctorum, quod tunc demum Dominus teneatur pro facto servi quando ex illo facto commodum sentit, ut scribunt, *Rom. & Jaf. in I. de pupillo, §. si quis ipsi Praetori, de oper. novi nunciat.* ast in præsenti casu hoc secus

secus est ; Communis etiam DD. opinio est, legem illam sive communem, sive municipalem esse odiosam, & rigoris plenam, qua alter pro alterius delicto punitur, vid. *Bal. in l. dotis tuae C. de Jure dot.*

S. XXIX.

Quocirca Dominus Augustinus super librum Iosuæ quæst. 8, scribit: quod etsi aliquando Deus pena temporali ac visibili unum pro altero puniat, non tamen homo Judex id facere potest : *Alphonſus de Castro lib. 2. de iusta heret. punit. cap. ii.* Et licet eveniat, quod aliquando textus aliquem puniat pro errore alterius, id constituit magna aliqua de causa; sicuti videamus, ob gravissimum crimen hærefis; vel iusta Majestatis humanæ, quo filius punitur ob delictum patris *l. quisquis C. ad l. Julianum Majest.* Quod factum est, tum quia timet lex, ne filii efficiantur imitatores scelerum patris; tum etiam, ut patres terreatur in personam filiorum, ut scribunt DD. *in dicta lege quis. quis;* Et lex unum ex alterius facto non obligat; quin immo cum lex aliqua de causa statuit, unum pro alterius facto teneri, strictam recipit interpretationem, primario etiam de facto alterius unus non tenetur, cum, inscio & non consentiente, deliquit; Et haec etiam ratio movet quod ubicunque actus, qui geritur, potest, me invito, exerceri, tunc, si praesens sum, non videor consentire *l. Casus de pign. att.* & per consequens non teneor de facto illius, & etiam ille qui alias de facto alterius ut puta suæ familiæ tenetur, eo tamen causa non tenetur, cum ignorat familiam delinquere so-

lum enim tenetur Dominus cùm scivit familiam errare, & prohibere potuit, & non prohibuit l. i. §. f. quis ipsi prætor. f. de oper. nov. nunciat.

§. XXX,

Nihil etiam relevat lex 60 §. 7. local. l. 23. f. de Minorib. l. 10. C. de Procurator. l. f. §. 4. Nacl. Cap. in quibus omnibus Domino imputatur quod fraudulosi hominis operam elegerit, non enim creditur, Dominum fraudulosi operas eligere, sed potius ejus, qui ab omnibus tanquam integræ virtutæ ac famæ creditur, & si mercator aurigæ vestigal solvendum dedit, quia sub vecturæ pretio etiam continetur vestigal, iniquum foret innocentem Dominum ex dolo aurigæ privari re sua debere, cui etiam accedit, quod in Jure non alius effectus malæ electionis sit, quam quod damnnum inde datum resarcitur, & nullibi dicitur, quod eligens ultra damnum datum, aliquid solvere, ne dum quod crimina ab electo commissa ei imputari debeant; Et res durissima foret, si Dominus mercium ob dolum aurigæ, vel naturæ puniri deberet, cum naturæ regula sit, neminem ex facto, sive delicto alieno pœnam pati debere.

§. XXXI.

His argumentis atque æquitate, tanquam moderatrice Juris ipsa suadente, potius aurigæ res, v.g. equi, currus, &c. non autem res Domini in Commissum cadere arbitror, quam sententiam etiam Beatus Lau-
terbach.

(23)

terback. compendio Juris lib. 39. tit. 4. defendit. Idem Sa-
muel de Coccej. ad hunc Tit. Struv. Jurispr. Exercitatio-
ne so allegans Matth. ad h. t. factum nautæ, Merces
non profitentis, non nocere Domino mercium, simi-
liter Schacher Colleg. Praet. h. t. nisi ignorante Domino
a servo, vel famulo sit factum, qui ob id capite ple-
tendus, commissis mercibus, equis & curru restitu-
tis Domino.

S. XXXII.

Plures quidem rationes allegari potuissent, si opus
fuisse; ast haec sufficient, & quia in casibus dubiis
mitior est eligenda sententia, & potius in rebus ar-
duis Princeps ad Condonandum, quam ad puniendum
proclivis censetur, non dubito, has allegatas senten-
tias primariorum DD. Authoritate corroboratas atque
summâ æquitate nitentes, rigori Juris esse præferen-
das, & innocentia Domino & Mercatori restitutione
in integrum subveniendum, cur enim innocens ob fa-
ctum alterius puniendus? cum Gloria Principis in
Gratia maxime consistat. Cætera de hac mate-
ria diligentiori studio lubens
relinquo.

F I N I S.

COROL.

COROLLARIA.

PUBLICANORUM fides atque existimatio in
Juris textibus generaliter est exigua.

2.

Secundæ nuptiæ raro secundæ.

Juramenti delatio regulariter non admittitur contra instrumentum publicum.

4.

Pecunia lustrica pertinet ad parentes, non
ad liberos.



COROL.

ULB Halle

3

001 585 339



S6



B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Farbkarte #13

Inches

Centimetres



1722, 8
31

DISSERTATIO INAUGURALIS JURIDICA,
QVA
MATERIA VECTI-
GALIUM ATQVE COM-
MISSORUM PROPONITUR,
ET
MAGNIFICO UNIVERSITATIS RECTORE
REVERENDISSIMO ET PERILLUSTRI DOMINO,
DOMINO
JO. JOACHIMO HAHN,
EPISCOPO METELOPOLITANO,
Eminentissimi Archi-Episcopi & Principis Electoris Moguntini per Thuringiam, Hassiam &
Hochfeldiam in Pontificalibus Vicario Generali, Ejusdemque Archi-Episcopalibus Curia-
vo-Vicario Generali, SS. Theologiae & Juris Utriusque Doctore, Protonotario Apostolico,
Canite Palatino, Insignium Ecclesiastarum Collegiarum ad Gradus B. M. V. & ad S. Joannem
Moguntiae respective Scholastico, Canonico Capitulari, & reliq.
AMPLISSIMO ANNUENTE JCTORUM ORDINE
IN ALMA ET PER-ANTIQUA HIERANA
SUB PRÆSIDIO
DN. JOH. HENRIC. Meiers/
JCTI.
ELECTORAL. REGIMIN. CONSILIARII, DECRETAL. PROF. PUBL. FACULT.
JURID. P.T. DECANI, UNIVERSITAT. SENIOR. ET JUDIC. PROVINCIALIS
ASSESSORIS PRIMAR. &c.

PRO LICENTIA
SUPREMOS IN UTROQUE JURE HONORES, NEC NON
PRIVILEGIA DOCTORALIA,
MORE MAJORUM, ADIPISCENDI,
DIE IV. APRILIS M DCC XXII.

IN AUDITORIO JCTORUM MAJORI, HORIS CONVENTIS
ERUDITÆ DISQVISITIONI PUBLICÆ DEFENDENDA, OFFERTUR

PER AUTOREM
JOH. GEORG. AMBROSIUM,
Hafso - Schmalcaldensem.

ERFORDIAE, Typis GROSCHIANIS, Acad. Typegr.

